



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

2185. Markgraf Albrecht der Bär bestätigt, da er das Gelübde einer
Pilgerfahrt zum heiligen Grabe abgelegt hat, eine Schenkung seiner
Mutter Eilike dem Kloster Huysburg, i. J. 1158.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

2185. Markgraf Albrecht der Bär bestätigt, da er das Gelübde einer Pilgerfahrt zum heiligen Grabe abgelegt hat, eine Schenkung seiner Mutter Giltte dem Kloster Huysburg, i. J. 1158.

Ego Athelbertus Marchio scire volo, quod Eilike mater mea, me annuente et stipulante, cum adhuc essem adolescens, dederit duos mansos Sancte Marie in Huysborch, qui jacent in villa Duviche super Salam fluvium, in episcopatu Halverstadenfi. Cum vero post obitum ejus jam multi anni intercessissent et ego uxore et filiis satis pollens multis quoque copiis donandi non habundarem, timore et amore creatoris mei permotus, cum ad visendum sepulchrum eius votum fecissem, nolens per me aliquovis modo impediri elemosinam matris mee atque meam, chirographum hoc testimoniale inde fieri volui. Facta autem hec conscriptio Anno dom. MCLVIII. Indict. VI.

Aus dem Copiarum Huysburgense.

2186. Die Markgrafen Johann und Otto gestatten dem Kloster Leubus 50 Last Heringe abgabefrei durch ihr Gebiet hindurch zu führen, i. J. 1230.

In nomine sancte et individue trinitatis. Jo. et O., dei gracia Marchiones Brandenburgenses, omnibus hanc litteram inspecturis salutem et omne bonum. Acta presentis temporis deperire solent in futurum, nisi firmentur debito subsidio litterarum. Ea propter notum facimus omnibus sub nostra potestate constitutis tam presentibus quam futuris, quod nos Johannes et Otto marchiones Brandenburgenses ad petitionem consanguinei nostri domini E. Bauenbergensis episcopi et ob memoriam clare recordationis Alberti patris nostri iam defuncti, in remissionem eciam nostrorum peccatorum, ecclesie sancte Marie in Lubes congregacionique eius liberam concedimus facultatem deducendi per omnem nostrum districtum, quem nunc habemus et in futuro sumus dante domino habituri, quinquaginta last allecium, omni exactioni, theloneo et vngeldo super hoc in perpetuum penitus renunciantes. Vt autem hec nostra donacio in suo vigore valeat perhenniter permanere presentem paginam inde conscribi et sigilli nostri appensione iussimus insigniri. Huius rei testes sunt clerici Theodericus archidiaconus polonie et Johannes prepositus in Saltwedele, laici Albertus de Meindorp, Albertus aduocatus de Zpandowe, Baldewinus trist et alij quam plures. Actum anno domini MCCXXX. tercia jndictione.

Nach einer von Stenzel mitgetheilten Abschrift aus dem Copialbuche des Klosters Leubus fol. 1 C. 38 aus dem Ende des 13. Jahrhunderts.

Ann. Statt Alberti steht in dem Copialbuche, offenbar durch einen Schreibfehler, Abbat.